



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

# **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Œcumenica Cathedræ Apostolicæ Avthoritas**

**Reding, Augustin**


**[Ort nicht ermittelt], Anno M.DC.LXXXIX.**

Præfatio.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-38717**

## De Apost. erga SS. Canones potestate. 603

versus Pontificiam implorasse. Utinam antiquam erga sanctam Sedem obseruantiam recessum, debitam sibi à Laicis ipse recuperare mereatur.



## DISQUISITIO XIII.

*De antiquâ Excommunicationis infigendatione, ubi agitur contra Elliesium Parisiensem Theologum.*

## Præfatio.

1. IN suâ circa antiquam Ecclesiæ disciplinam Dissertatione tertia præloquij loco tria presupponit Elliesius. Primum desumitur ex ratione per auctorem illum sic deducit. Nulla enim est hominum Societas, cui jus non sit & potestas eorum expellendorum, qui leges Societatis infringunt, vel ejus bono adversantur. Quemadmodum enim à corpori humano membra putrida sunt resecanda, ne totum corpus inficiant, ita etiam in hominum societatis necessarium est, eos, qui Societati pessimis facti, vel exemplis obsunt, expelli, tum ne Societatem perturbent, tam ne cæceri in eandem trabantur perversitatem. Id verò si quid in Societate sit necessarium, maximè requiritur in Ecclesiâ, cuius finis est, rectam fidem & bonos mores in hominum aniris conservare, ut beatitudinem aeternam consequi possint. Nam si non posset Ecclesia homines prava facientes, aut docentes, à sua Societate removere, brevi tempore quam plurimi eorum exemplo in eandem traherentur impietatum.

2. Secundum Elliesij principium petitur ex SS. Litteris. Cujusmodi porro, ait, expulso dicitur excommunicationis, cuius saepe fit mentio in Divina Scriptura. Et primum quidem Christus Matth. 18 hoc tels in perinaces utendum esse doctet, si peccaverit, iniquis in te frater tuus, vade & corripe eum interte, & ipsum solum. si autem te non audierit, adhibe tecum unum, vel duos, ut in ore duorum, vel trium, stet omne verbum. Quod si non audierit, sit tibi sic uis ethnicus & publicanus: amen dico vobis, quæcumque alligaveritis super terram, erunt ligata & in Coeli. His ergo Clavibus usos fuisse Apostolos, constat ex incestuo Corinthio, quem Paulus jubebat ab Ecclesiâ eum arceri; scilicet etiam jubebat evitando quosdam circa fidem naufragantes, ut propte Sathanæ à se traditos: tradere enim Sathanæ nihil aliud videtur esse, quam à fidelium conveniū expellere, ut constat ex cap. 5. epist. 1. ad Corinth. Quam expulsionem tam strillam voluit Iohannes in luce Epistola cap. 2. v. 10. ut ei, qui non permanet in doctrinâ Christi, ne ave quidem dic mandaret.

3. Tertium prefati Theologi principium accipitur ex uso Ecclesiæ, Apostolis posteriori. Post Apostolos, inquit, eadem disciplina semper in Ecclesiâ viguit. Observandum folummedio est, duplum fuisse olim excommunicationem pro dupli reorum, in quos cerebatur, ratione: una etenim à S. Augustino medicinalis dicta, stringebatur in eos, qui vel per convictionem, vel per spontaneam confessionem criminis alicuius rei comperti, de co dolentes a gementes à communione removablentur tam ad

medelam, quam ad exemplum. Altera vero excommunicatione à dicto S. Dottore mortalis appellata, cerebatur in rebelles, qui vel in suo errore pertinaces essent, vel crimen suum agnoscere, & plan gere detrectarent. Quibus presuppositis, & ad ulteriore in decursu discussionem reservatis, tria generaliter ex Elliesio occurruunt hic examinanda, quorum primum est de modo & causa excommunicationis ferendæ, Secundum de subjecto excommunicationis capaci. Tertium de effectu excommunicationis.

## S. I.

## De modo &amp; causis Excommunicationis.

Elliesius presentis 3. Dissertationis sue cap. 1. 4. Ita definit excommunicationem, quod sit expulsio de fidelium conventu & Societate, quæ sit vi clavium à Christo Ecclesiæ traditæ. Quæ equidem definitio sustineri posset; at difficultatem ingerit explicatio per dictum Theologum facta, quod, licet Ecclesiæ nomine Episcopi ac Presbyteri præcipue intelligantur, optimè tamen dici possit, claves Ecclesiæ ita esse datas universitatî, quæ cunctos fideles complectenti, ut soli nihilo minus Episcopi ac Presbyteri habeant potestatem eas exercendi. Quod proinde Elliesianum principium alibi refutavimus; hinc tamen occurrit discutiendum; An exinde sorte factum sit, ut primis Ecclesiæ sculis non soli Episcopi, sed cum eis Presbyteri, accedente etiam nonnunquam Laicorum consensu, excommunicationis judicium ferrent in noxiis? Super quo quæsito lubet Elliesiana hinc argumenta proferre ac expendere.

## ARGUMENTVM I. Elliesij.

Hic Auctor ad probandum Excommunicationis judicium ab Episcopo ac Clericis cum consentiu Laicorum esse latum; argumentatur primò ex Paulo Apostolo, qui non dicit, Corinthium incestuosum ab Episcopo, aut Presbytero excommunicandum esse, nec ipse tum autoritate sua solus excommunicat, sed iubet, id ab universa Ecclesia fieri: Ego quidem, iniquis, absens corpore, præsens autem spiritu jam judicavi, ut præsens, eum, qui sic operatus est, in Nomine Domini Iesu Christi congregatis vobis, & mlo spiritu, cum virtute Domini Iesu Christi, tradere hujusmodi hominem Sathanæ in interitum carnis. Idem Apostolus 1. ad Thessalon. 3. omnibus Fratribus consulit, ut subtrahant se ab ijs, qui ambulabante inordinate. Et Joannes in Epistola sua famam & natos ejus privatos monet, ut hæc torum communionem fugiant.

## Responsio.

In hoc Elliesiano arguento abominanda prorsus fit confusio tum judicij ex jurisdictione Ecclesiastica prodeuntis, tum executionis ex debita erga hanc obedientiam a Laicis quoque facienda. Etenim in præallegato Apo-